



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 36.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

*Emittet Angelos suos cum tuba &
voce magna: & congregabunt e-
lectos eius à quatuor ventis, à sum-
mis caelorum usque ad terminos
eorum.*

Quomodo Angeli mittuntur?

Mittere cum tuba. *Ἐσπελν γγ*, veram tubam
 intelligo, seu potius tubas, quia Anglos
 plures. Qui tubam spiritalem hoc loco subiiciunt,
 impingit ad verborum proprietate discendum. Deinde
 necesse est, vt patiter vocem spiritalem coniungat,
 Quam si concedant, iam omnia spiritualia eadem ope-
 ratione facient; si enim aduentus Christi est aspectabilis,
 non sunt negandi illi ministri etiam aspectabiles, &
 sonus tubæ, qui regum est. Nolim sane *ἡω φωνὴ μα-
-γνὰ* dicere non esse propriè vocem. Alioqui & con-
 gregatio electorum à quatuor ventis partitione di-
 gressio spiritualis; cum tamen omnia corpora eo um in
 eam congreganda sint, ab omni parte mundi *ἡω ἀ-
-κρῶν ὁσάννῃ ἡω ἀκρῶν ἀκρῶν*, à summis cælorum vsque
 ad summum. Syrus vocem & tubam coniungit *ἡω ἡω
-ῖα* Schisura tuba, tuba magnā. Dum ergo Chri-
 stus venit, tanquam Deus, electos momento congre-
 gabit Angeli, sonante tubā sub sequente voce magnā
 vocantium Angelorum.

[illegible]

Idcirco: Hinc etiam prædicit ætatem tunc spiritua-
lem, tranquillitatem; à fluctibus huius vite, vultu ho-
minis futuram: iniustis autem à Contrario hye-
mum æterribiles tempestates post ætatem tranqui-
llitatem venturas, quod paulò post significauit dicens:
Iacine illis viuentibus, diem illum esse venturum.
Non autem ea ratione tantummodo, vt spatium tem-
poris designet, sicut similitudine vsus est, cum & ali-
teritudo significare potuisset; sed vt omnino futuram
tem confirmaret.

Omnia vero futura dicit, antequam generatio illa
pereat, hoc est, humanum genus, in quo electi & iusti
erunt, usq; ad finem sæculi.

Alioqui etiam apud profanos prouerbiū est, fici
folia esse signa ætatis.

De die autem illa & hora nemo scit,
neque Angeli cælorum, nisi solus
Pater.

11. *An Iudicij diem Christus nescierit?*
 Ignorantiam Christo tribuerunt hæretici The-
 mistiani, qui idcirco Agnoeta dicti sunt.

Arianæ ex ignorantia iudicii illius impugnabant di-
nitatem, vult est apud S. Athanasium multis locis, quo-
rum aliqua postea citabo. Bullingerus Christum ait
suscepisse ignorantiam, eodem modo Caluinus. Inter
omnes insignis est stoliditas Friderici Braubomi Papæ
hoffensis, initio librorum decem, quos vocat Florum
Flaminiorum, seu Romanensium, Papalium, seu Ba-
palium. Is pag. 9. [Aufim, *inquit*, dicere, nulli antehac
visâ in lucem profero, ab aliis allata, vera astruo, falsa
corrigo, dubia stabilio. & pag. 5. nec sine prosperimo
succellu, præfiscine dixerim. Illius verba sunt: Non Da-
niel ipse, non angelus Danielis instructor, non anima
saluatoris plena sapientie, numeros Danielicos intel-
lexit, quia non curauit, nondum enim tempus: ideo
nec Apostoli.] Loquitur de numeris Dan. 12. 6. Tem-
pus tempora, & dimidium temporis, & 12. 11. & 12. In-
telligere se tamen proficitur, & demonstrare. Imo om-
nia digerit, vti ipse videatur S. Trinitatis consilia
temporalia, compendio tradidi libro de incremento
harceleon. pag. 575.

Hæreticis
Christo, in-
ignorantia
tribuntur.

Primo, ante annum Domini 86. iam pridem conceptus erat Anti. christus.

Secundò, anno 86. natus est.

Tertio, anno 376. adolescens erat.

Quartò, anno 636. virilem ætatem agebat.

Quintò, anno 711. erat εν αχμή.

Sextò, anno 1086. Antichristi ætas vergens, Eccle-
sia reformata nascens.

Septimò, anno 1376. Antichristi ætas inclinata, Ec-
clesia reformatà adolescet.

Oftauò, anno 1636. Antichristi ætas decrepita, Ec-
clesiæ reformatæ vita.

Nonò, anno 1639¹. Antichristi paroxysmus.

Decimò, anno 1641. Antichristi mors.

Vndecimò, anno 1711. Antichristus, Iesuitz stirpatus exciduntur, Ecclesia reformata ex auctoritate.

Duodecimò, anno 1711. Res Vire Ctlo, Magna ad
poLos. VeL tartara.

Ne vero ignorare quicquam videatur anno 1639.
nouit fore paroxysmum Antichristi, adeo in numera-
to habet & menses.

[illegible]

Heretici
Christo, i-
gnorantiā
tribuant.

Christus
diem iudicij
nouit.

VERSUS 37. & sequentes ad
finem Capituli.

QVÆSTIO I.

Cur diem postremum ignotum esse voluerit?

Sicut autem in diebus Noe, ita eritis
aduentus filij hominis. Sicut enim
erant in diebus ante diluuium co-
medentes & bibentes, nubentes &
nuptui tradentes, usque ad eum
diem quo intrauit Noe in arcam,
& non cognouerunt, donec venit
diluuium, & tulit omnes: ita
erit & aduentus Filij hominis.
Tunc erunt duo in agro: unus as-
sumetur & unus relinquetur, dua
molentes in mola: una assumetur
& una relinquetur. Vigilate ergo,
quia nescitis &c.

5. 1. Causam explicuit a v. 37. vsq; ad finem, ne vlli
ignauia & securitas obrepat. Talis erat in die-
bus Noe corpor, & in vitijs stupor: centum annis arca
edificabatur, & de pœnitentia sine profectu audie-
bant, sed erant comedentes, & bibentes, & nuptijs
bestiarum instar ventibus dediti, Noe vero ludibrio
habebant.

V. 40. Parisienses duo addunt: Erant duo in lecto
vno &c. quod ex Luca sumptum esse Titus, & Euthy-
mius discrete testantur.

V. 41. Alij codices habent & v. 42. Extrema erat
conditio ancillarum in pistrina molentium, vt ex hi-
storia Romana constat, & Exod. 11. 5.

V. 49. & v. 50. alij addunt & v. 51. alij pro & v. 52. &
v. 53. habent & v. 54. & v. 55. Luc. habet. c. 12. 41. Mar.
13. 32.

V. 45. Pro familia est in Syro בית בני benai bai-
theb filij domus.

V. 51. Diuidet & v. 52. amouebit, separabit,
eijciet, lacerabit, secabit. Dan. 13. Syriace נפלה נפלה Ne-
phlubi. Quibus omnibus hoc inculcat, non esse vlli
certum finem, ideo vigilare, & sibi attendere oportere.
De Noe, & alijs actum suo loco. Gen. 6. & 7. & 8.

CAPVT XXV.

Fac simile erit regnum celorum decem virginibus: que accipientes lampades suas, exierunt ob-
uiam sponso & sponse. 2. Quinque autem ex eis erant fatue, & quinque prudentes: 3. sed quin-
que fatue accepit lampadibus, non sumpserunt oleum secum: 4. prudentes vero acceperunt o-
leum in vasis suis cum lampadibus. 5. Moram autem faciente sponso, dormitauerunt omnes, &
dormierunt. 6. Media autem nocte clamor factus est: Ecce sponsus venit, exite obviam ei. 7. Tunc surrexe-
runt omnes virgines illæ, & ornauerunt lampades suas. 8. Fatue autem sapientibus dixerunt: Date nobis de
oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes: Ne forte non sufficiat vo-
bis, & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. 10. Dum autem irent emere venti sponus: & que pa-
rata erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. 11. Nouissime vero veniunt, & relique virgines
dixerunt: Domine, Domine aperi nobis. 12. At ille respondens, ait: Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate ita-
que, ne scitis diem, neque horam. 13. Sicut enim homo peregre proficiscens, vocauit seruos suos, & tradi-
dit illis bona sua. 14. Et vni dedit quinque talenta, alij autem duo, alij vero unum, unicuique secundum pro-
prium virtutem, & profectus est statim. 15. Abijt autem qui quinque talenta acceperat, & operatus est in eis,
& lucratus est alia quinque. 16. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. 17. Qui autem unum ac-
ceperat, abiit, fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. 18. Post multum vero tempus venit Domi-
nus, & posuit rationem cum eis. 19. Et accedens qui quinque talenta acceperat, obtulit alia
quinque, dicens: Domine, quinque talenta tradidisti, ecce alia quinque superlucratus sum. 20. Ait illi Do-
minus eius: Bona serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam, intra in gaudium
Domini tui. 21. Accedit autem & qui duo talenta acceperat, & ait: Domine, duo talenta tradidisti mihi, ecce
alia duo lucratus sum. 22. Ait illi Dominus eius: Bona serue bone, & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, su-
per multa constituam, intra in gaudium Domini tui. 23. Accedens autem, & qui unum talentum acceperat,
ait: Domine scio, quia homo durus es, metis, vbi non seminasti, & congregas, vbi non sparsisti. 24. & timens
dominum, abscondi talentum tuum in terra, ecce habes quod tuum est. 25. Respondens autem dominus eius dixit
ei: Serue male, & piger, sciebas, quia mitto, vbi non semino, & congrego vbi non sparsi. 26. oportuit ergo te
committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem utique, quod meum est cum usura. 27.
Tollit itaque ab eo talentum, & datur ei, qui habet decem talenta. 28. omni enim habenti dabitur, & abunda-
bit: autem qui non habet, & quod videtur habere, auferetur ab eo. 29. Et inutile seruum eicite in tenebras
exteriores, illi erit sctus & stridor dentium. 30. Cū autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes An-
gelus eius cum eo, iussit sedes super sedem maiestatis sue: 31. & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabis
eos ab invicem, sicut pastor segregat oves ab hædis. 32. & statuet oves quidem a dextris suis, hædes autem a sinistris.
33. Tūc dicit rex his, qui a dextris eius erunt: Venite benedicti Patris mei, possidete paratū vobis regnū a constituti-
one mundi. 34. Esurivi, & dedistis mihi manducare: sitiui, & dedistis mihi bibere: hospes erā, & collegistis me:
Adam Conzen in Euang. Tom. 1.